



**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs  
missis**

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Jn sa[n]cti nicolai de tolle[n]tino [con]fessoris ordis heremuta[rum] s[an]cti  
augustini Jntroi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

tui bono iugiter odore pasca-  
tur. Per eundem dominum  
nostrum. **In facti nicolai de  
tollentino p[ro]fessionis ordi[n]e here-  
mitaz[is] s[an]cti augustin[us]. Introit.**



Edit d[omi]n[us] c[on]fessiones  
s[an]cto suo: et excelsio in  
verbo gl[ori]e: de omni  
corde suo laudavit  
d[omi]n[um]: et dilexit e[um]: qui fecit illu[s].

**Ps.** Bonu[m] e[st] c[on]fiteri d[omi]no: et psal-  
lere noi[t]i tuo altissime. **Ps.** Gloria.

**O**mnipotens deus:  
ut ecclesia tua que in fine se-  
culorum ineffabili providen-  
tia: beati nicolai confessoris  
tui: virtutum et miraculorum  
magnitudine corruscat: ipsi-  
meritis et intercessio[n]e elimina-  
tis erroribus: perpetua pace  
ac unitate letetur. **Per. Lc[on]o**

**O**mnipotens **libri sapientie**  
deus et hominibus: cui-  
us memoria in benedictione e[st].  
Simile illu[m] fecit in gl[ori]a sc[ilicet]  
et magnificavit e[um] in timore  
inimicorum et in v[er]bis suis mon-  
stra placavit. Glorificavit e[um]  
in p[re]spectu regu[m]: et vixit illu[s]  
coram p[ro]p[ri]o suo: et ostendit illi  
gl[ori]am sua[m]. In fide et lenitate  
ip[s]us sanctum fecit illu[m]: et ele-  
git e[um] ex omni carne. Audi-  
vit enim vocem ip[s]ius: et indu-  
xit illum in nube. Et dedit il-

li cor ad precepta: et legem vi-  
te et discipline. **Grad.** In le-  
ge d[omi]ni fuit voluntas eius: die ac  
nocte. **P.** Predicans preceptum  
d[omi]ni: constitutus est in m[en]te s[an]cto  
ei. **Alia.** **V.** Sic nicolaus augu-  
stini patris vestigia servas: mi-  
raculis clarus possidet celestia  
regna. **Sequentia d[omi]ni nicolai**

**T**ibi x[riste] **lai tollentino,**  
redemptor[is] nostro vero sal-  
uator[is]: sit laus et gloria. **M**ibi no-  
stro pio duci: et totius mundi lu-  
ci: plaudat omnis spiritus. **M**e  
christe celum p[re]dicet: terraq[ue] lau-  
des replicet: in nicolai canticis.

**N**azareth sine seculorum: vite ducet:  
et lumen moru[m]: nicolaum p[ro]vidisti  
nicolaus verus frater: vere n[on]  
bonus pater: hodie resp[er]ndit.

**P**auper vere pauper christi: ve-  
rus servus iesu christi: et confes-  
sor optimus. **A**stus florens ta[m]  
q[uam] lilium: lux et specimen fidei:  
n[on] cunctarum lum[en] menti[um]. **S**a-  
lus: lux et refugiu[m]: et morborum si-  
mul o[mn]ium: curator eximi[us]. **C**e-  
ci vident: claudi pergunt: in x[ristu]m  
dus mala mergunt: p[ro]p[ri] per hunc  
celibem. **H**audiunt surdi: muti  
santur: mortui surgunt et letant[ur]:  
hoc divino munere. **O**mnes gen-  
tes accurrite: et deuota mente  
querite: ex hoc fonte remediuz.  
**I**te p[ro]p[ri] sim ul querite: et queret[ur]  
do iardescite: nicolai laudibus.

## Nicolai

**I**lle noster est patronus: pius pater pastor bonus & pietatis: formula. **I**lle noster est protector: gloriosus: & effertor: per cuncta pericula. **N**icolae pastor bone: dulcis pater & patronus: in christo uiuentius. **T**u nos rege: nos governa: ducens tecum ad eternam: paradisi gaudia: amen. **Sequentia sancti euangelij secundum mattheum.**  
**I**n illo tempore: Dixit simon petrus ad iesum: Ecce nos reliquimus oia: & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico uobis: qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebit & uos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. **E**t ois qui reliquerit domum: uel fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrem: aut uxorem: aut filios: aut agros: propter nomen meum: centuplum accipiet: & uitam eternam possidebit.  
**Offer.** Retent omnes qui sperant in te domine: quoniam tu benedixisti iusto: scuto bone voluntatis tue coronasti eum. **Secre.**  
**T** gratia tibi sint: que pro sancti nicolai ueneratione offerimus munera ois deus: quos: ut pietatis: & religionis sue: nos facias amatores. **Per.**

**Ps.** In fide: & lenitate ipsius magnificauit dominus sanctum suum: & nomen eius requirit a generatione in generationes. **Postco.**  
**P**opulum tuum domine que cumpsumus sacramenta custodiant: & qui sancti nicolai confessoris tui iugiter implorant auxilium: petitionum suarum salutare consequantur effectum. **Per.**  
**Benedictio patris sancti nicolai de tollentino ordinis heremitarum sancti augustini.** Completa missa maiori fit: & in aliquibus uero locis post uespas prout superioribus monasterij: uel prelati illius ecclesie uidebit expedire: pulsata campanella ter: congregatis fratribus: sic cedat processionaliter ad panem benedicendum. **Q**uod procedit ad panem benedicendum: in primis ceroforarij: deinde subdiaconus cum cruce: & sacerdos cum pluuiali & diaconus idem: sacerdotes uero cum coctis: seu suppellicijs eorum: seu feres cum cappis nigribus: & bini incedant processionaliter: & cantent hunc hymnum sequentem in tono. **Te**  
**T**ecanunt (queat laus. omnes nicolae gentes: te pro patres simul atque matres: uocete colunt pueri canora: uotum solunt. **O**fferunt ceci: resonantque muti: quos tua cunctos: ope libe-

raſti: mira decātāt tua facta clau  
di: laude penni. **R.** ruti p te ma  
ris & periculis: quosq; tu mor  
bis varijs grauatōs: mille sana  
ſti tua magna cūcti dona fatent.

**Q.** uosq; vexatos bonus expia  
ſti demonū dira feritate: quosq;  
cōſequi ruruſum: veteris dedisti:  
lumia vite. **M.** agne celeſtis ha  
bitator: aule: magne cui tantū tri  
buit ſupn<sup>o</sup>: poſſe quē tātū domi  
nator: alti: auxit olympi. **P.** aus  
patri ſūmo genitoq; ſemp: q; q;  
procedit deus: ex vtroq; ſpirit<sup>o</sup>  
ſanctus deus vnus idem: laus ſi  
bi ſemper. Amen. **Cum autēz**  
**peruenerint ad locū: tunc ſub**  
**diaconus incipiet cātare epi**  
**ſtolam. Lectio libri regum.**

**I**n diebus illis. Factus  
eſt ſermo dñi ad heliam  
teſbitē dicēs. **folio. 32. Victa**  
**epiſtola cātōres vero ſcriptāt.**

**R.** Comeditis carnes: & ſatura  
bimini panibus. Iſte eſt panis  
quē dedit vobis dominus ad ve  
ſcendū. **R.** Mō moyses dedit vo  
bis panem de celo: ſed p̄ meus  
dat vobis panem de celo verus.  
Iſte. **Interim diaconus accu**  
**pit benedictionē: & p̄pleto R**  
**cantat euangelium ſm ioānē**  
**Abijt ieſus trās mare galilee**  
**folio. 45. Completo vero cā**  
**tores cantant. R.** Reſpexit he  
lias ad caput ſuū ſubcinericium

panē: qui ſurgens comedit: & bi  
bit. Et ambulauit in fortitudine  
cibi illius: vſq; ad montem dei.

**R.** Siquis māducauerit ex hoc  
pane: viuet in eternum. Et. **202**  
**Dñs vobiscum. Oremus**

**O**mine ieſu chriſte: q  
benedixiſti quinq; pa  
nes in deſerto: multiplica ſup  
fideles tuos miſericordiā tue  
pietatis: quē admodūz feciſti  
cum patribus noſtris: in tua  
miſericordia ſperantibus: &  
bene **+** dicere & ſancti **+** fica  
re digneris hanc creaturam  
panis: quam ad ſubditorū fi  
delium tribuiſti: quatenus a  
quocunq; ſumptus fuerit be  
ne **+** dictionis tue opulenta  
repleatur: & gratiarū actione  
pte in viſceribus ipſoz ſancti  
ficeſ. **Per chriſtū. Oremus**

**O**mine ſancte p̄ om  
nipotens ſempiternē d  
eus qui per potentiā tuam pa  
nem iſtū: in forma viſibili tri  
buiſti: & magnitudinis largi  
tatis tue humanis vſib<sup>o</sup> ema  
nare de ſegetē iuſſiſti: te ſup  
pliciter exoramus: vt hūc pa  
nem: quem negligētia noſtra  
polluit: ſancti ſpiritus gr̄a ad  
mundiciam reuocet: & ſancti  
**+** ficet: mundet: ac purificet  
vt turpitudine callidi hoſt<sup>o</sup> ab  
ſcedat: ac familie tue p̄ceps

## Benedictio panis

cum benedictione comestibi-  
lis tribuatur: et comedentium  
mundentur corda: et corpora  
ipsorum: per tuam gratiam  
sanctificentur. Per christum.

**P**recamur deo. **O**remus.  
Domine deus tue pietatis  
clementiam: ut panem istum  
celestibus dictioe sancti-  
fices: et ita ex hoc fugare di-  
gneris omnem diabolicam te-  
pationis incursum: ut quicum-  
que ex hoc comederit: totum vir-  
tutis: et sanitatis dulcedine per-  
fruat: et tibi sanctificatori:  
ac saluatori omnium: gratias  
cum gaudio et letitia agere  
mereamur. Per christum dominum.

**T**igitur deo. **O**remus.  
Domine suppliciter depre-  
camur: ut bene dicere et sancti-  
ficare digneris hanc crea-  
turam panis: et quicumque ex  
eo gustauerit: per dilectionem  
beati nicolai consequatur vi-  
tam eternam: et extingue ab  
omnibus digne sumentibus:  
si quid veneni: si quid mortiferi  
operationis fuerit: clementer  
eos defende. Per christum.

**D**eus et pater. **O**remus.  
domini nostri iesu christi  
cuius verbo celi firmati sunt:  
cui omnia subdita sunt: cui  
omnis creatura obseruit: et po-  
testas subiecta est: et metuit: et

expavescit: nos te ad auxilium  
prouocamus: cuius audito  
nomine serpens conuiescit:  
draco fugit: silet vipera: et omnia  
venenata: et adhuc fortia ani-  
malia reptantia noxia terre-  
tur: et omnes aduersae salutis  
humane radices arefcunt: te  
ergo domine suppliciter depre-  
camur: ut bene dicere: et sancti-  
ficare digneris hanc crea-  
turam panis: ut quisquis ex  
hoc comederit: per interces-  
sionem beati nicolai vitam eter-  
nam consequatur. Per christum.

**P**opulum tuum domine. **O**remus.  
quod sumpsimus sacramenta  
custodiant: ut qui sancti nicolai  
confessoris tui iugiter im-  
plozant auxilium: salutarem  
petitionum suarum consequan-  
tur effectum. Per christum.  
**Complens omnibus asper-**  
**gantur: et incensantur. Do-**  
**stea sit distributio. Fratres vo-**  
**bini et bini humiliter acce-**  
**dant ad sacerdotem et cum de-**  
**uotione suscipiant panem. Lat-**  
**ci vero postea: et illum ponant**  
**in aliquo pano lino mudo:**  
**et cum reuerentia et deuotione**  
**teneant: et quando quis misir-**  
**matur: ponant parum in ali-**  
**quo vase cum parum de aqua**  
**et dicant quinque pater noster:**  
**et aue maria: faciat aliquod**

votum prout videbitur eis: & de illo per totum annu ministris omnibus infirmis cuiuscunq; infirmitatis no nisi semel sed plurico: vsq; duz liberantur. Interiz q; sit distributio in populo: presbri seu fratres cantant hymnum scilicet nicolar. Laudibus sumis celebrem omnes in tono vt queant laxis. prout habes in breuiario. postea antiphonaz eius. **N**icolaus verus christi pauper: virgo a deo electus: obedientiam iugiter seruans: heremitarum ordinem: signis & virtutibus decorauit. **Completa distributione sacerdos cantat alta voce.** **R.** Panes celi dedit eis alla. **A.** Panes angelorum manducauit homo all. **Gloria.** **R.** Educas panem de celo alla. **R.** Et vinum letificet cor hominis. **Domine** minus vobiscuz. **Oro.** **Q**uoniam qd opus deo: vt ecclesia tua que in fine seculorum ineffabili prouidentia: beati nicolai confessoris tui virtutum & miraculorum magnitudiue coruscat: ipsius meritis: & intercessione eliminatis erroribus perpetua pace ac vnitatem letetur. **Per.** **Cum maxima reuerentia tenebis hunc panem in domo: pro occurrentibus necessitatibus: tam ab oi-**

bus infirmitatibus q; etiam ab incendio ignis: & a fluctibus maris: appropriatus est & indies infinita miracula coruscat. Et ab eugenio papa quarto laudata fuit huiusmodi benedictio: propter miraculum virginis marie: que apparuit ei in infirmitate sua: prout habes in legenda. & sic multi infirmi a diuersis languoribus per totum mundum liberantur. **In prima translatione diui augustini doctoris eximij: ab yponia ad sardiniam que die vndecima mensis octobris occurrit dicitur.** **In**

11. oct.



**M**edio exterritus. ecclesie aperuit os eius & impleuit eum dominus spiritu sapientie & intellectus: stolam glorie induit eum. **B**onum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. **Gloria.** **Oro.** **D**eus omnium impartitor bonorum: qui hunc diem beati augustini confessoris tui atq; pontificis veneranda translatione iocundamus: que sumus: eius precibus gloriosis: nos de terrenis transferri ad consortia beatorum. **Per.** **Epistola.** **Lectionis libri sapientie. c. 50.** **E**cce sacerdos magnus qui iuua sua suffulsi domus